Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



59

inebria: multiplica genimina eius: in
stillicidus eius letabitur germinans. Bene
dices corone anni benignitatis tue: et cam
pi tui replebuntur ubertate. Pinguescet
speciosa deserti: et exultatione colles accin
gentur. Induti sunt arietes ouium. et val
les habundabunt frumento: clamabunt
etenim hymnum dicent.

Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite
nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo quam terribilia sunt opera
tua domine: in multitudine uirtutis tue
mentientur tibi inimici tui. Omnis ter
ra adoret te et psallat tibi: psalmum
dicat nomini tuo. Venite et uidete ope
ra dei: terribilis in consilius super filios
hominum. Qui conuertit mare in aridam:
in flumine pertransibunt pede: ibi letabi
mur in ipso. Qui dominatur in uirtute sua
in eternum: oculi eius super gentes respici
unt: qui exasperant non exaltentur in se.

dilig. ds. ex
amore mmm orp
me domine Art

Incredesus laudate